

6130 L. Paconios Ti. f. pr.¹ | dedicavit.

Setiae (I 1159; X 6466; Ritschl tab. Le). *Litterae pervetustae sunt* (L pro L, P pro P). — 1) *Praitor. Postea Setiae quattuorviri fuerunt* (cf. supra N. 5397).

6131 Q. Pomponius Q. f., | L. Tullius Ser. f. | praitores aere | Martio emerut (sic).

Corae, litteris antiquissimis (I 1148; X 6527 vidit Mommsen; imaginem Ritschl tab. LB). — 1) *Aetate posteriore Corae praefuerunt quattuorviri* (supra N. 5772). *Duoviros tituli antiquissimi Corani supra N. 5396 aedi dedicandae fuisse putat Mommsen C. I. L. X p. 645.*

6132 L. Terentio L. f., | C. Aprufenio C. f., | L. Turpilio C. f., | M. Albani. L. f., | T. Munatio T. f. | quaistores¹ | aire moltaticod² | dereront.

Firmi in Piceno rep. una cum N. 5188, tabella aenea, iam Parisiis (I 181; IX 5551 Mommsen vidit ectypum; Ritschl tab. XCVIIa praef. p. 94). — 1) *Septem quaestores in t. vetusto Beneventano IX 4636.* — 2) *Cf. N. 6207. 6254.*

6132^a V.¹ Avilio V. f., V. Alfieno Po. f. pagi veheia².

Prope Massaccio, ubi fuit Cupra Montana, rep., in margine paterae aeneae, litterae punctim exaratae (IX 5699 ad imaginem et apographum, confecta saec. XVIII). — 1) *Vibios (imago etiam L admittit).* — 2) *De pago aliquo Veheiano cogitat Mommsen, qui per magistros Avilium et Alfienum dedicaverit hanc pateram; 'veheia' idem esse ac 'scitu', vel 'decreto' apud veteres Picentes coniecit Iordan quaestiones archaeicae [ind. lection. universitat. Albertin. 1884] p. 7.*

6132^b M. Petrucidi.¹ C. f., L. Pacidi.¹ P. [f.] . . .² | aras crepidine³ colu[mnas] . . . , | magistris⁴ de alec[torum⁵ sententia] . . .

Prope Cellino, inter Hadriam Piceni et Interamniam Praetuttianorum (Bar-nabei Notizie degli scavi 1895 p. 414 cum imagine). — 1) *In utroque nomine CI litterae more insolito contignatae. Significari mediam quandam vocem inder CI et SI coniecit Pascal (Notizie l. c. p. 415). Petrucidii nomen II 4967, 1.* — 2) *Quantum in finibus singulorum versuum perierit, non apparet.* — 3) *Crepidinem.* — 4) *Magistri (sc. ii. quorum nomina initio tituli positi sunt). Coniungendum hoc cum nominibus v. 1.* — 5) *Allecti videntur hic dicti esse qui ordinem efficiebant, ut alibi conscripti.*